269.

Markgraf Heinrich der Erlauchte eignet dem Kloster das Patronatrecht über die Kirchen in Grimma, Bardau und Bernbruch, das Dorf Bardau, die Hälfte von Bernbruch nebst dem Küchenholz, das alte Klostergebäude in Grimma nebst den Gärten, Teichen und der Mühle, ferner die dem Kloster von Wiricus (von Kirchberg) geschenkten Grundstücke vor der Stadt Grimma und das Dorf Harth bei Beiersdorf. **Dresden, 1277 Dec. 1.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 901. Das Reitersiegel (Posse Siegel der Wettiner Taf. III, 6) an Fäden von rother, grüner und gelber Seide.
Gedr.: Hasche Magazin 6,207 ff.
Anm.: Vergl. Lorenz Grimma 128; 205; 218 Note; 306; 1049; 1296 ff. Die hier erwähnte Mühle ist die sog. Kempnitzmühle (Lorenz 264 ff.).

In nomine domini amen. Henricus dei gracia Misnensis et Orientalis marchio universis presentem | litteram inspecturis in perpetuum. Quoniam ea, que rite et racionabiliter geruntur ab ho|minibus, ne in oblivionem deveniant, perhennari solent obsequio litterarum, tenore igitur | presencium recognoscimus et publice protestamur, quod ad honorem omnipotentis dei et gloriose virginis Marie nec non pro remedio anime nostre ac omnium nostrorum progenitorum bona subscripta monasterio sanctimonialium prope Grimme, quod claustrum Thronus beate Marie virginis nuncupatur, cum omnibus adtinenciis in proprium dedimus perpetuo possidenda: ius patronatus ecclesiarum subscriptarum, ecclesie videlicet in Grimme, ecclesie in Parde et totam villam ibidem, item ius patronatus ecclesie in Berenbruch et medietatem ville ibidem et silvam, que vocatur silva coquine, preterea antiquum claustrum prope Grimme cum ortis piscinis molendino et cum agris ante civitatem, quos quondam Wiricus bone memorie dedit eidem claustro cum filia sua, et villam Hard prope Beiersdorf. Hec omnia supra dicta universa et singula sepe dicto monasterio sanctimonialium prope Grimme cum omni iure et utilitate, que de eis iam proveniunt sive provenire poterunt in futurum, in proprium dedimus tradidimus et assignavimus iure proprietatis perpetuo possidenda dantes in testimonium presens scriptum sigilli nostri patrocinio roboratum. Datum et actum Dresdan anno domini M̊ C̊C LXXVII., kalendis decembris, presentibus magistro Gebehardo preposito in Hayn nostro prothonotario, Alberto dapifero de Burne, Henrico kamerario de Gnannensteyn, Henrico de Syden, Rudegero de Schachowe et quam pluribus aliis fide dignis.

(S.)

270.

Markgraf Heinrich der Erlauchte schenkt dem Kloster den Zehnten von den Halden der Bergwerke seines Gebietes. **Dresden, 1277 Dec. 1.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 902. Das stark beschädigte Reitersiegel (Posse Siegel der Wett. Taf. III, 6) an Fäden von rother, grüner und gelber Seide.
Gedr.: (Beyer) Otia metallica 1,285 ff. Hasche Magazin 6,292 f.
Anm.: Vergl. No. 4 u. Cod. dipl. Sax. reg. II. 13,865 u. 867; (Klotzsch u. Grundig) Sammlung verm. Nachr. 10,244 f.

:In nomine sancte et individue trinitatis amen:. Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio | universis presentem litteram inspecturis in perpetuum. Universa